



M. ANTONII
SABELLICI,
RERUM VENETARUM
AB URBE CONDITA,
DECADIS TERTIÆ,
LIBER X.



Yprus insula novis inde motibus agitata,
mediis Venetum hybernis excivit. Erant
multi in ea Gotholanici sanguinis viri,
quos Jacobus Rex, nobilibus fere omni-
bus ex insula cum Carlota sorore ejectis,
magnis opibus donatos sparsim toto re-
gno collocarat. Exercuerant illi jam
antea piraticam, erantque rapto vivere assueti: ac tum
mortuo Rege (quanquam illius largitione amplas possi-
derent opes) novas res tamen moliri cœperunt. Erat in
his Cyprus quidam Antistes, vir inter suos populares

1473
*Motus in
Cypro in-
sula.*